


cundum iusticiam vel amicitiam recompensare. Bona quoque
bona omnia advsus Laurissensis conventus spectantia dimittet
ei sine impedimento et contradictione prorsus libera et soluta. Item
super vinea sita in Ludenbach tam archiepiscopus quam duxe
publice noticie se committent et ex parte archiepiscopi Rudeli-
nus, ex parte ducis Hertwicus de Wintheim veritate investigarent
et hys cui eciam adiudicaverint libere obtinebit. Item quia eccle-
siam in Seckenheim archiepiscopus uni clerico et dux eam alteri
contulit ex adverso permittent, ambo presentatos eorum de iure
suo in iudicio ecclesiastico experiri et recipere iustam sententiam
vam, ita quod neuter dictorum dominorum presentatum suum per violen-
ciam seu secularem potenciam adipiscabit, item super villis sitis sub
colle versus Ingelnheim archiepiscopus duci secundum iusticiam vel amici-
ciam respondebit nisi forte voluerit declarare, quod olim inter quon-
dam archiepiscopum dominum Sifridum et patrem ipsius ducis
questio eadem sit decisa. Insuper actioni quam intendit dux contra
archiepiscopum super duobus mansionibus assignandis eidem in
castro Otingen, que burgsess vulgariter appellantur, iuste vel amici-
ce archiepiscopus respondebit. In huius concordie memoriam memo-
rati archiepiscopus et comes palatinus sigillorum suorum appensionibus
roborare curaverunt cum eorum testimoniis, quorum nomina
sunt subscripta. Cunradus Silvestris, Gerhardus de Dyse comitum,
Heinricus de Wilenowen, Sifridus de Runkel, Cunradus Hersuete
comites, Gotelmannus de Meti, Wernherus et Wonterus dapiferorum
de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Hessisches Landesarchiv
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Hessisches Staatsarchiv Darmstadt
http://archivum-laureshamense-digital.de/view/sad_a1_nr_146_3/0002